fiduciis ob non completionem promissorum omnium et singulorum, tres
quoties quis fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem va-
dio modo promisso ad solvendum suum, ac pro reali qua principali ex promissis
omnibus non completa complendum citatus existens memoratus Re-
cognoscens Nobilis Grajcowski aut eius successores ad instantiam pro-
fatorum Nobilium Ignat. et Stephani Popielow obligatariorum
suorum eorumque successorum ad officium praesens Castren. Capitan. Prae-
misliensem. Extunc recessu supra scripto quoad respondendum spectat me-
diante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio sta-
re, iuri parere, rendere, vadium praetactum luere, insuper huic fatis fa-
cere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos suc-
cessores ad eadem omnia obligat. Illum terminum primum perem-
ptorium, et alios omnes consequentes causae eiusdem terminos semper
peremptorios, vera infirmitate praemissa, successorum minorettem legitime
intra vel extra regnum, servitio militari, ad muntum ad evictionem
vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non
differendo, ac quietationem ultra proximos terminos officii pro-
fati Castren. Praemisliensem dilationem sibi non recipiendo. Nullasque modos,
appellationes, earumque prosequutiones favendo, ac promissa omnia poenis
simplicibus, vel implicatis evasionem, suspensionem, fatalis iuris, quae
sive tam bello conventionesque tum aliis omnibus iuris reme-
diis et defensis non subterfugiendo. Hac sua praesenti personali
inscriptione ad promissa omnia mediante

Et Fredro Consorti Re-
format.

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castren. Capitan. Praemisliensem Generosus Valentinus
a Plessowice Fredro. Sanus mente et corpore existens, recedendo
a tenuis praestitis iuribus iuris dominiisque suis quibusvis pro-

prijs et competentibus. Praesenti vero Castren. Capitan. Praemisliensem
iuris domini, secum successoribus bonisque suis quibusvis omnibus quoad actum
praesentem attinet, secum successoribus bonisque suis quibusvis omnibus
totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam publice
ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosae Catherinae Generosi
Alberti Zenonis Jastrzębski filiae, sui vero recognoscentis consorti legitimae
eiusque posteris summam quinque millium florenorum pecuniae polonicalis, ratione
veri dotis et expeditionis post ipsam acceptae et in domum suam impor-
tatae. Nec non similem summam quinque millium florenorum polonicalis, ratione
certi, veri, iusti, et liquidi dotalicii, in et super tota et integra medietate
bonorum suorum quibusvis omnium hereditariorum et obligatoriorum mobilium
et immobilium, summarumque quarumvis pecuniariarum. Nec non auri,
argenti, clenodiorum, margaritarum, pecorum pecudum, equiteae ac
totius suppellectilis domesticae nunc habitae et in post habendorum
dedit, dotavit, dotaliciavit, inscripsit, et reformavit, quibus per praesentes
dat, dotat, dotaliciat, inscribit et reformat. Quam quidem medietatem
bonorum praefatorum quibusvis omnium iuri reformatorio eiusque consortis
suae subiectorum, eadem consortis sua cum omni eorundem bonorum
iure dominio et proprietate, omnibusque et singulis, eorum utili-
tatibus fructibus, proventibus, redditibus, emolumentis obven-
tionibus, attinentibusque et pertinentibus quibusvis universis. Nullis exceptis tenebit,
habebit, possidebit, illisque pacifice et quiete ut hoc fuerit vigore
ac more aliarum reformationum, hactenus et diutius in re-
gno observari solitarum praesentis sua per recognitionem ad promissa mediante

Eorundem Coniugum mutua Adui-
talitas.

Comparentes personaliter coram officio Actisque praesentibus Castren. Capitan. Praemisliensem Generosi Valentinus a Plessowice
Fredro ab una, et Catherina de Jastrzębska Generosi Alberti Zeno-
nis Jastrzębski filia, ab altera partibus coniuges legitimi sani
mentis